

Universitätsbibliothek Wuppertal

Avctores Latinae Lingvae In Vnvm redacti corpvs

Godefroy, Denis

[Genevae], 1585

Venerabilis Bedæ presbyteri Tractatus de computo

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-85](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-85)

VOT. X. FEL.	
VOT. XX. MVLT. XXX.	Votis vicennialibus, multis tricennialibus.
V. VIR.	Sexuir, aut Seuir.
V. VIR. AVG.	Seuir Augustalis.
V. VIR. VRB.	Sexuir Urbini.
VII. VIR. EPVL.	Septemuir epulonum.
VIII. VIR.	Octumuir.
VIII. VIR. II. Q. Q.	Octumuir iterū Quinquennialicius.
VIII. VIR. III. AER. SAT.	Octumuir tertium ararum Saturni.
VIX. A. LIIX.	Vixit annis quinquaginta octo.
Φ. AN. & Θ. A.	Vixit annis, vel mortuus est anno.
X.	Decimus, prænomen.
X. VIR.	Decemuir.
X. VIR. AG. D. A. TR. IVD.	Decemuir agris dandis ad tributis iudicandis.
XV. VIR. S. F.	Quindecimuir sacris faciendis.
XX. HER.	Viginti hereditarium.

⊗ & ⊗
✠

Denarii notæ sunt, pro XXX.

Numerorum notæ, antiquius magis quam nunc usurpata.

IV.	Pro III.
I IIII.	pro VI.
II X.	pro VIII.
XIII.	pro XVIII.
XXXX.	pro XL.
XXC.	pro LXXX.
CD. sine CD.	pro CCCC.
D. vel D.	pro CCCC.
M.	pro M. Mille.
∞.	pro Millæ.
cIo vel I	pro Millæ.
∞ Io.	Quatuor millia.
I aut I	Quinque millia.
I aut I	Decem millia.
I aut I	Quindecim millia.
I aut I	Viginti millia: & sic deinceps.

VENERABILIS BEDÆ PRESBYTERI

TRACTATUS DE COMPUTO, VEL LO-

QVELA PER GESTVM DIGI-

TORVM.

DE TEMPORVM Ratione, Domino iuvante, dicturi necessarium duximus, vtilissimam primo, promptissimamque flexus digitorum paucis præmōstrate solertiam. ut, cum maximam computandi facultatem dederimus, tum promptiores legentium ingenio ad inuestigandam, dilucidandamque computando seriem temporum veniamus. Neque enim contemnenda, parvipendendaque est Regula, cuius omnes penè Sacræ expositores Scripturæ non minus, quam literarum figuras monstratur amplexi. Denique & multi alij alias, & ipse Divinæ interpres Historiæ Hieronymus in Evangelicæ tractatu sententiæ huius adiumentum disciplinæ non dubitavit assumere. Centesimus inquit, & Sexagesimus, & Trigentesimus fructus, quamquam de vna terra, & de vna femente nascatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad Nuptias, nam & ipsa digitorum coniunctio quasi molli osculo complexans se, & federans, maritum pingit, & coniugem. Sexaginta verò ad Viduas, eo quòd in angustia, & tribulatio-

ne sunt positæ. vnde & superiori digito deprimuntur. Quantoque maior est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto maius est præmium. Porro Centesimus numerus (diligenter quæso lector attende) de sinistra transferitur in dexteram. Et eisdem quidem digitis, (sed non eadem manu) quibus in læua Nuptæ significantur, & Viduæ. (ronam.

Circulum faciens exprimit virginitatis co- Cum ergo dicis Vnum, minimum in læua digitorum innectens in medium palmæ arcum infigas.

Cum dicis II, secundum à minimo ibidem impones.

Cum dicis III, tertium similiter innectes.

Cum dicis IIII, minimum leuabis.

Cum dicis V, secundum à minimo similiter eriges.

Cum dicis VI, tertium nihilominus eleuabis, medio duntaxat solo, qui medicus appellatur, in medium palmæ fixo.

Cum dicis VII, minimum solū super palmæ radicē, ceteris interim leuatis, impones.

Iuxta quem, cum dicis VIII, medicum.

Cum dicis VIII, impudicum è regione compones.

Cum

Cum dicis X, vnguem indicis in medio figes arctū pollicis.

Cum dicis XX, summitatem impudici inter nodos indicis, & pollicis arctū figes.

Cum dicis XXX, vngues indicis, & pollicis blando coniunges amplexu.

Cum dicis XL, interiora pollicis lateri, vel dorso indicis superduces, ambobus duntaxat erectis.

Cum dicis L, pollicem exteriore arctū instar Græcæ literæ s curuatum ad palmam incli nabis.

Cum dicis LX, pollicem, vt suprà, curuatum indice circumflexo diligenter à fronte præcinges.

Cum dicis LXX, indicem, vt suprà, circumflexum pollice in longum extenso implebis, vngue videlicet in medium indicis arctum fixo.

Cum dicis LXXX, indicem, vt suprà, circumflexum pollice in longum tenso implebis, vngue illius erecto trans medium indicis arctum.

Cum dicis XC, indicis inflexi vnguem radici pollicis erecti infiges.

Atque hætenus in læua.

CENTVM vero in dextera, quomodo in læua X facies.

CC in dextera, quo modo XX in læua.

Eodem modo cætera vsque DCCCC.

Itē Mille in dextera, quo modo vnū in læua.

Duo millia in dextera, quo modo II in læua.

III in dextera, quo modo III in læua. Et cætera vsque ad nouem millia.

Porrò X cum dices, læuam in medio pectoris supinam appones, digitis tantum ad cælum erectis.

XX cum dicis, eandem pectori expansam late superpones.

XXX cum dices eadem prona, sed erecta, pollicem cartilagini medijs pectoris immittes

XL cum dices eandem in vmbilico erectam supinabis.

L cum dicis, eiusdem pronæ, sed erectæ pollicem in vmbilico impones.

LX cum dices, eadem prona femur læuam

desuper comprehendes.

LXX cum dicis, eandem supinam femori superimpones.

LXXX cum dicis, eadem pronam femori superimpones.

XC cum dicis, eadem lombos apprehendes, pollice ad inguina verso.

At verò C, & CC, Et cætera vsq; ad DCCCC, eodem, quo diximus ordine, in dextera corporis parte complebis.

Decies autem centena millia cum dicis, ambas sibi manus in rectis sibi inuicem digitis implicabis.

Est & alter modi computus articulatim decurrens, qui, quoniam specialiter ad Paschatis rationem pertinet, cum ad hanc ex ordine ventum fuerit, opportunius explicabitur.

Cuius ordo ludi, vel loquelæ talis est.

Cum primam Alphabeti literam intinrare cupis, vnū manu tenero. Cum secundam, II. Cum tertiam III. Et sic ex ordine cæteras, verbi gratia, si amicum inter insidiatores positum, vt caute se agat, admonere desideras, II, & I, & XX, & XVIII, & V, & I, & V II, & V digitis ostende. Huic ius nanque ordinis (caute age) significant. Potest & ita scribi, si causâ secretior exigat. Sed hoc Græcorum computo, literisq; facilius disci simul, atque agi possunt. Qui non, vt Latini, paucis, iisdemque geminatis, suos numeros solent exprimere literis. Verum toto Alphabeti caractere in numerosum ordinem figuras extendunt. Tres, qui plus sunt, numeros notis singulis depingunt, eundem penè numeri, figurandique scribendi Alphabeti ordinem sequentes hoc modo, a. c. f. n. e. & cætera. id est I. II. III. IIII. V. Qui & ideo mox numeros digitis significare didicerunt, nulla instante mora literas quoque pariter iisdem præfigere sciunt. Verum hæc hætenus. Nunc ad ordinem Vnciarum, & rationem, quantum ipse temporum cōditor, ordinatorque Dominus adiuuare dignabit, exponendum veniamus.

EIVSDEM DE RATIONE VN-

CIARVM.

VNCIARVM Quoque diuisionem nosse, quæ non minus temporibus, rebûsve alijs, quàm minus est apta computandis non ignobilis intentio est, quibus quia & dispersæ passim historis, & ipsa sacra scriptura vitur, nomina pariter, & figuras earum paucis affigere curauimus.

X Libra, vel As, vel Assis,
 Deunx, siue Labus,
 Deunx, vel Dextans,
 Dodrans, siue Doras,
 Bes, siue Bisse,
 Septunx, siue Septus,

XII vnciæ.
 XI vnciæ.
 X vnciæ.
 VIII vnciæ.
 VIII vnciæ.
 VII vnciæ.

S	Semis,	VI	vncia.
W	Quinquunx, siue Cingus,	V	vncia.
B	Triens, siue Tras,	IIII.	vncia.
Q	Quadrans, siue Quadras,	III	vncia.
J	Sextans, siue Sextas,	II	vncia.
Z	Sexcunx, siue Sexcuncia,	vna Vncia, & semis.	
Z	Vncia,	XXIIII-SS	Scrupuli.
N	Semuncia,	XII-SS	Scrupuli.
L	Dux Sextulæ, siue Sefclæ, id est Tertia pars vnciæ.	VIII-SS	Scrupuli.
J	Sicilicus,	VI	Scrupuli. -SS
L	Sextula, siue Sefclæ,	II	-SS Scrupuli.
F	Scrupulus,	-SS	Sexilicæ.

Hæc inquam ponderum vocabula, vel characteres non modò ad pecuniam mensurandam, verùm ad quæuis corpora, siue tempora dimetienda conueniunt. Vnde & ratio & mos obtinuit, vt in cautione computorum pueri vnum, & duo sæpius asse, & dipondio mutent. Item Tressis, Quartullis, Quinquuffis, Sextullis, Septullis, & cætera huiusmodi, quasi tres asses. IIII. asses. V. asses. VI. asses. VII. asses proferat, & in eundem modù sequentia numerorù quâ plurima. Siue igitur horâ vnam, siue diē integrum, siue mensē, siue annum, seu certè aliud aliquid maius, minùve temporis spatium in xij. partire vis ipsa xij. pars vncia est. Reliquas vndecim, deūcem appellant. Si in sex partire vis, sexta pars sextas, reliquæ Dextas. vel, vt alij Distas vocitatur. Si in quatuor, quarta pars Quadratis nomine, residuæ tres Dodratis accipiunt, & huius disciplinæ regula soluitur, quæ & plerisque turbat imperitos. Quia Philippus in expositione beati Iob, Aestum maris Oceani quotidie bis venire describens, adiunxit hunc vnius æquinoctialis Dodrante trāsmisso tardius sine intermissione, siue die venire, siue nocte. Porro, si per tria quid diuidere cupis, tertiam partem Trientem, residuas Bissēm nuncupabis. Si per duo, dimidium semis appellatur, sic & cætera quæ verbo melius col-

loquentis, quàm scribentis stilo disci pariter & doceri queunt. Item de corporibus, siue miliarium, siue stadium, siue iugerum, siue perticam, siue etiam cubitum, pedemue, aut palmum partire habes opus, præfata ratione facies. Denique & in Exodo, dimidium Cubiti Semis appellatur, narrante Mose, quod habuerit arca testamenti duos semis cubitos longitudinis, & cubitum, ac semissem altitudinis. Et in Euāgelio quarta pars totius mundi corporis. id est, Terra mysticè Quadratis nomine censeatur, cum mittendo in penam peccatori dicitur, Non exies inde donec reddas nouissimum Quadrantem. id est, Donec luas terrena peccata, vt Beatus exponit Augustinus.

TESTIMONIA VETERVM QUAE AD HVNC

Bede tractatum intelligendum pertinet, petenda ex Plutarcho initio Apophthegmatum Regum, & Imp.

Ex Macrobio Saturna. Lib. primo.

Ex Plinio Natu. hist. Lib. XXXIII,

Cap. VII.

Ex Apuleio Apologia secunda.

Ex Quintiliano Orator. Inst. lib. 1.

Ex Iuuenalis Satyra decima,

Atque suos iam dextra computat annos.

FINIS.

